



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Germanica

Châteillon, Sébastien

[S.l.], 1558

Capvt LIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54866](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54866)

T H E O L O G I A

hoc sic accipe: Patrem ego intelligo perfectum simplexq; bonum, quod omnia, & supra omnia est, et sine quo nullum verè bonum opus vnquam vel factum est, vel fiet. Et quia omnia est, necesse est, vt etiam & solum sit, et supra omnia. Nihil etiam eorum esse potest, quæ creatura, vt creatura, comprehendere aut intelligere valeat. Quicquid enim creatura, vt creatura, hoc est secundum suæ creationis conditionem, comprehendere aut intelligere potest, id aliquid est, hoc aut illud, & porro creatura est. Quòd si esset simplex perfectumq; bonum, aliquid, hoc aut illud, quod creatura intelligeret, non esset id omnia, neq; solum, nec item perfectum, ideoq; ne nominatur quidē. Putatur eorum nihil esse, quæ creatura suapte natura cõprehēdere, intelligere, cogitare aut nominare potest.

Cum hoc perfectum & innominatum in gignentem personam influit, in qua suum vnigenam filium, & seipsum gignat nominatur pater.

C A P V T L I I I I .

Con^a

Considera & perpēde, quomodo trahat pater ad Christum, videlicet hoc modo: cū animæ siue homini detegitur & patefit aliquid ab hoc perfecto bono, quasi vno mōto, aut vno raptu, gignitur in homine quædā cupiditas propinquandi perfecto bono, seq; cum eo coniungendi. Hæc cupiditas quātō maior est, tantō ei plura patefiunt: & quantō plura ei patefiunt, tantō plus cupit, & attrahitur. Sic trahitur & incitatur homo ad coniunctionem æterni boni. Atque hæc est patris attractio: atque ita docetur homo, videlicet ab eo ipso quod eum trahit: se videlicet ad cōiunctionem illam non posse venire, nisi per Christi vitam eò veniat: ita fit, vt illam ipsam vitam, de qua superius dictum est sibi asciscat.

Iam perpende hæc dicta duo, quæ dicit Christus. Vnum, Nemo venit ad patrem, nisi per me: hoc est per meam vitam, sicut antè dictum est. *Ioã. 14. e*
 Alterum: Nemo venit ad me, videlicet, vt vitam meam capeffat, & me sequatur, nisi monente, trahenteq; patre, hoc est simplici æternoq; bono. *Ioã. 6. e*
 de

Quomodo trahat pater ad filium, et vicissim filius ad patrem.

1. Cor.
13.6.

de quo dicit Paulus: Cùm venerit perfectum, abolebitur quicquid est ex parte. Cuius dicti sententia hæc est: in quo homine perfectum illud cognoscitur, inuenitur & sentitur, quantũ in hac vita fieri potest, huic homini videntur omnes creatæ res nihil esse præ hoc perfecto, sicuti re vera nihil sunt. Nã extra perfectum, & absq; perfecto, nullum est verum bonum, neq; verum esse. Qui igitur perfectum habet, aut cognoscit, & amat, is habet cognoscitq; iam omnia, & omne bonũ. Quorsum igitur ei plura, aut alia: aut quorsum ei partes, cum partes omnes in perfecto coniunctæ sint in vna essentia?

CAPVT LV.

QUOD hîc dictum est, id omne pertinet ad exteriorem vitam, estq; via & aditus quidã ad veram interiorem vitam. Atque interior secundum hanc incipit.

*Quomodo sit
Deus omnia in
homine.*

Cùm vult homo perfectũ, quoad eius fieri potest, gustare, oēs res creatæ, atque adeo homo ipse, homini in nihilum redigitur: Quòd si verè intelligitur perfectum illud solum esse

ef
tu
or
pe
se
pe
se
ge
po
ne
de
fit
se
in
ho
ex
ef
ib
D
qu
vi
fa
æt
ef
ib
cu
m
ad